

Quid ter  
ra visio  
nis, &  
quanti?

fuisse & pro Isaac, Appellavit, Dominus videt: unde usque hodie dicitur: In monte Dominus videbit. Hebraei mutatis punctis Ierax, pro Iere, passivum faciunt. Pro Videbit, videbitur: hoc est, Christus videbitur mortuus, ubi fuit Isaac ligatus. Ingeniosum quidem, sed ut voluntarium, litteræ ineptum. Alij asserunt Terram visionis ab eventu dictam; quia post triduum Abraham vidit columnam ignis de caelo descendentem, & locum sacrificij designantem. Consule Pererium hic num. 34. Hinc Aquila legit: *Vade in terram lacidam*: & Hieron. *Interram illuminantem, & lucentem.*

Aquil.  
Hieron

Cur  
Isaac in  
holocau-  
stum?

30 *Et offeres in holocaustum.* Non intelligas, ut Ieptæ filiam, cuius sacrificium aliqui, ut diximus num. 4. interpretati sunt, eò quod natam reclusit, destinatam morti civili se-cretam à communi confortio, vel illa votum castitatis vovendo: nec quòd Isaac, uti postea Nazareni, sacratu Domino diceretur; sed verba uti sonant. *Offeres*: id est, iugulo sacrificabitur vita Isaac, nec alius offeret pro te, sed tu, & filium tuum, quem diligis. Quin etiam non solum offeres, sed in holocaustum, quo in sanam carnes abibunt & ossa. Totum mihi, tui & tibi nec memoria remanebit.

Verseus

31 *Versiones penè in dictis expressæ. Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, &c. Hebr. Tolle tibi nunc filium unicum illum, quem dilexisti Isaac. Ar. Mont. & Origen. Accipe filium tuum charissimum. Procop. Amantissimum. Haye. Dulcissimum dilectionis. Tigrin. Unicum tuum illum, quem unice amas. Sept. Filium tuum dilectum Perf. Cape nunc dilectum filium. Rabb. Ionath. Accipe nunc filium tuum, quem tu diligis. Hac de litera textus. Ad mores igitur.*

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog.  
Hæc est

1. Tolle, post *Vade*: ut præcepto respondens, primo respondeas actione.
2. Tolle tibi filium: modo iure proprietas, dum mihi consecras.
3. Tolle, & accipe: igitur ubi filij sit oblatio, erit oblatio pro filio.
4. Tolle tu: ut oblatio per te amoris insigne sit.
5. Tolle nunc filium, ut filij amor cognoscatur, quia nunc tollitur.
6. Unigenitum tolle tu: ut constet pectoris

- fortitudo, dum sacrificium fiat ex unico, & dilecto, & coram te.
7. Unigenitum, quem diligis, offeres: etenim si offers unigenitum, diligis.
8. In terram visionis: spectabilis utique visio, ubi sit sacrificium de privilegio.
9. Ibi offeres, & gaudebis: quippe ibi invenies instrumentum salutis.
10. Ibi offeres, & glorificaberis: cum videris summe plaudì instrumenta preclara successoris.

DIDASCALIA PRIMA

*Perfectè obediens nec intentionem discuit, nec præcepta discernit.*

Gregor.  
Maga.

Gen. 22  
a.

In obe-  
dientie ig-  
norantia  
summa  
scientia.

**G**nome est Magni Gregorij in 1. Reg. lib. 4. Magna re verè obedientie perfectio, quæ fuit præstantissimè in Abrahamo. Percurramus singula. *Tolle filium tuum, & vade.* Ubi? *In terram visionis.* Id est, videndam. Cur non indicat? Ut magis obedientia clarescat. Si sciret? Ut magis obedientia clarescat. Si sciret ubi, pergendum, sciret: & tunc scientia obedientiam offuscaret: etenim pulchritudo obedientie devensatur, dum aliud præter obedire, scitur. Dum prævalet in obediencie ratio, lævescit obedientie perfectio; igitur consilij proprij ignorantia est in audire præstantissima scientia. *Vade in terram visionis.* Ubi videnda terra? *Vadat: videbit, si quò vadit (modò vadat) ignoraverit: si qui-*

dem in obedientia micat maximum quod sic, progredi & nescire quò. De Luna dicitur à Picinello in *Mund. symb. lib. 1. cap. 8. num. 262. Non errat errando.* Aptius quadrat obedientie, quàm Lunæ, in qua rectum ad errore: haud aliter Abraham, dum nescit, ut obediat, quò pedem dirigat: igitur cum obedientia sit instar navis, qua vehitur sine labore ratio obedientis; fultit Abrahæ obedientie utilitas in incommo, dum pervenit ad illam etiam errando.

2 *Vade.* Vadit: sed quò vadit, nescit. Hoc est obedientie signum, habere scilicet, & nescire progressum. Meditatio in mortem impellit errantem vagabundum obedientia. Qui nescit nisi obedire, semper tendit ad

Picinell

Cur Lau-  
na symbi-  
um obe-  
dientia?

Symbola  
obedien-  
tia: specu-  
lum, &  
Echo.

Psalm.

67. 34.

Echo  
imago  
vocis.

alio. Vadit & nescit. Doctius obedientia scivit. Si sciret, discenteret de lege, & etiam secum disputaret de intentione. Voluit attingere animo & promptitudine summa, quæ adeptus est in obedientia ignorantia: igitur ita perfectè obedivit; ut intentionem minime imperantis discerneret, nec in præcepto nisi præceptum discerneret. Legitima erat convariatio inter præcepta & promissa; sed prævaluit obedientia. Impossibile videbatur in Deo, dare filium, & auferre: concedere devotendum à patre morti: commendare risum, & in maestissimum stectum: asseverare domus successorem, ac perdere semen; in quo maius certamen rationis, quam amantis voluntatis: & abdicat promissionem, dum urgetur lege; ut vinceat ipsi contradictionibus impossibile: si quidem spei contra spem validè credidit, ut perfectè legi contra legem obediret.

Perfectio  
obedien-  
tia: notat  
cit actio-  
ne.

3 *Vade.* Prius dixerat *Tolle*. Actio subsequitur legem: & dicitur prius *Tolle*, quàm *Vade*; ut obedientia Abrahæ notesceret per actionem. *Vade, & tolle filium tuum.* Minime, *Tolle filium tuum, & vade.* Via erit, ut filium è medio tollat: & tollit filium, ut eat; quippe rutilat obedientis affectus, dum legem explicat, antequam perficiatur, perfectum opus. *Tolle, & vade.* Si prius iter, quàm tolleret; de præcepto discerneret, & intentionem discerneret: priusque tollit filium in holocaustum, ac in obedientie obsequium: igitur prævit operis in patre difficultioris perfectio, ansequam de intentione præcepti occurreret cogitatio. Magna obedientia ubi rationis summittitur studium, verum insignis, dum obedientie ratio rationis aret accessum: siquidem cum præceptum opus intendat, respondet obediens factio, priusquam respondeat.

4 Obedientia perfectà notatur per speculum, cum epigraphæ *Ad omnia.* Etiam potest designari in Echo, cum lemmate *Omnibus.* Doctius. Sanctius, quem corde veneror, iureque, ob insignia eruditionis & virtutis instrumenta *Comment.* in Daniel cap. 4. num. 14. reciprocum vocis imaginem, seu soni repercussionem, quàm Echo dictius, obedientie facit symbolum perfectioris. Cum primum accipit vocem, illam refert quammximè potest similem: exprimitque obedientem operi promptum, cum haud aliter quàm in voce, voce constet præcipientis imperium: etenim *dabit voci sue vocem*, & legis præscriptæ representabit imaginem. Nec tantum Cicero, ut ille ait, Echus seu vocis repercussionem, signat vocis imaginem (quem locum invenies *Quæst.*

Tom. II. Taut.

*Tuscul. 3.)* cum apud Poetas in usu frequenter sit. Virgilius *Georgic. 4. v. 49.*

— *Ubi concava pulsus Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.* Horatius lib. 1. *Carm. Od. 12. v. 3.*

— *Cuius recinet iocosa*

*Nomen imago.* Aufonius *Epig. 10. & 47. Edyl. 3. & Eyst. 12.* Claudian. lib. 2. in *Entrop.* Silius Ital. lib. 14. *Ovid. lib. 4. Metam.* Ex Græcis Euripid. in *Heub.* & Sophocl. in *Philoct.* Appote obedientia dicitur imperij Echo, seu postlatis imago, quoniam magis quàm impirando, postestas agnoscit obediendo.

5 Ecce Echo, Suramitteret num de speculo cogitatio? Nequiquam, verum dicitur in obedientie obsequium, quodnam utrorum perfectionis symbolum? Quæque utrumque continet, deprompsit & brevi Ovvenus lib. 2. *Epigr. 215.* dicens:

*Nil in se præter vocem vitale habet Echo, Ut vivat vocem non nisi voce caret.*

Videor mihi videre hac descriptione speculum vividius signum perfectioris obedientie: igitur speculum exprimit opera, & Echo dumtaxat verba: magisque in obedientia subditus iustificator operibus, quàm Echus admittat solummodo vocibus: igitur beatus qui factor operis, & non qui auditor obliiviosus factus. Sententia est celestis Magistri. *Homo quidam (ait) habebat duos filios: & accedens ad primum dixit, Fili, vade hodie, operare in vinea mea. Ille autem respondens ait: Nolo. Postea autem parentia motus, abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similit: at ille respondens ait, Eo Domine, & non iovit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Primus, non secundus. Primus fuit speculum, cui nihil nisi vox defuit; secundus verò Echo, qui præter vocem nil habuit: & minime adimplet voluntatem patris, & præcepta Superioris, qui ad obedientiam dat verba; sed qui sine verbis exactè demonstrat opera.*

6 Deinde. Echo est hieroglyphicon obedientis, quippe & quamprimum, & quantoperè valet, etiam percussa reciprocatur vocem. Altius percussa altius exprimit, & perspicuus percipienti respondet. Mihi sanè semper creperum, quòd actus sit obedientie, resultans ex percussione vocis, & repercussione (ni percuterent imperio, qui principantur; minime à subditis repercuterentur: igitur procul opere, voce dumtaxat, aptius videtur mimici philocosi, quàm per obedientiam subditi) quandoquidem liberè præcipitur, liberiusque responderetur, & in querimonias meditanter erumpitur.

Cur speculum?

Obedientia: sicuti iocosa.

Creperum: bonum, quod ab invito.

Uti

Virgili

Horati

Obedientia est postlatis imago.

Ovven:

An Echo vel speculum perfectio obedientie signum?

Matth. 21. 23.

Cur speculum?

Obedientia: sicuti iocosa.

Creperum: bonum, quod ab invito.

Uti

7 Ultra. Echo igitur reddit vocem: prius ergo speculum representat obedientem: etenim summa virtus est vocem imperantis audire, & nec verbum respondere. *Hac ipsa obedientia:* ait D. Benedictus *leg. Sancti.* cap. 5. Perpende, *Hac ipsa obedientia:* quoniam si exacte non sit, ipsa obedientia iam alia; & alia, non censetur obedientia. *Hac ipsa obedientia.* Si tantum oeditur, quia oeditur, alia: si oeditur, ut precipitur, ipsa. Videamus unde ipsa, & unde alia. *Hec ipsa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus; si quod iubetur, non trepidat, non tardat, non tepidat, aut cum murmure, vel cum responsione nolentis efficitur:* igitur non est acceptabile opus dictum, sed verbum factum. Quare ut in exemplum exprimat Evangelista exacte & plene obedientem; factum est (inquit) *verbum Domini super Ioannem.*

8 Præterea. Echo tota vox, prætereaque nihil. Totum opus speculum, sed sine voce: & obedientia perfectio vertitur in eo quod subditus audiens obediatur, non quod respondeat. *Audi tacens:* dicit Siracides: quoniam optime responderet, non respondens ad quod audit: igitur in obedientia obsequium summum, ubi opus respondet, & non verbum. *Offa arida audit.* Mirabile, quod audirent sensibus desilitata: sed mirabilis, quod sensus insensent, ut audirent, nequaquam ut responderent. Sensu carent: at præstantior sensuum usus, dum non habent sensus. Haud opus est loqui, sed audire & obedire.

Auris & manus, uti refert Horus Apollonio, lib. 2. *Symbol.* 22. ab Ægyptiis designabantur in obedientia emblema. Auris & manus: non lingua, quippe in obedientia non perfectus, qui vel in corde format tacite vocem; sed qui manu exequitur opus, quamprimum vox pervenit ad aurem. *Discipulus* (inquit ubi supr. Monachorum Pater) non solum ore, verum in corde si murmuraverit, est impleat insinuationem, tamen acceptum iam non erit Deo, qui cor respicit murmurantis. Habebit gloriam, sed non apud Deum. *Quid clamas ad me? Dic filijs Israel ut proficiantur:* dixit Dominus ad Moysen, utriusque discrimina contemplantem. Quid boni perficient, si sic manent? Proficiantur, & proficiantur. Est perfectio, si profectio: *Dis ut proficiantur:* quomodo pertransibunt, si non moventur? *Quid clamas ad me?* Moyses clamat? Nec verbum dixerat: & arguitur clamasse? Iurè, clamavit in corde: & nullo modo proficisci potest in obedientia cacumen, quisquis cor-

de habuerit linguam vel silentio respondentem.

9 Insuper. Echo, seu vocis imago, est tantum imago vocis. Speculum sine voce solum imago præcepti: & nequaquam per Echo, sed per speculum, obedientia celsioris designatur studium; quoniam ut virtutis summa obtineatur perfectio, non debet inesse cordi vel levis vocis imago. Altruit vigilant acumine ubi supr. cap. 6. S. Benedictus, *Rara loquendi concedatur licentia: quia scriptum est, in multiloquio non effugies peccatum.* Proverb. 10. 19. Perpende. Si eloquium rarum, quomodo multiloquium? Multiloquium constat ex multis verbis, copiosis sermonibus, haud raris, & singularibus: quo sensu Poeta *Satyr.* 6. v. 164. succinit:

*Rara avis in terra.*

Idest, unica. Idem Persius *Satyr.* 1. v. 60. Unicus sermo, & ad rationis amulsum, consistere valebit multiloquacem? Poterit utique. Nec vox levis congruit obedientia, imò nec imago eloquij: loquacitasque dicitur rarum vel unicum verbum; quoniam in subdito ad obediendum, vel levissimum verbum est multiloquium.

10 Denique. Echo exprimit, quod auditur: speculum verò, quod videtur, quoniam auditur: & non est magni, quod respondet vel concava rapium, dum vocibus rumpitur ac ad responsum extorquendum. Magni est, non audire, & obedire: siquidem in speculo, idem obijcere speciem, ac obijci, sicut in perfecta obedientia simul opus perfectum, & mandatum. In Echo prius auditur vox, quam repercussio conficitur: in speculo instantanea representatione opus videtur, antequam vox ad opus ab auditu percipiatur: quomodo ut claret in subdito quasi in speculo obedientia perfectio; eodem in instanti sit interrogatio & responsio. Hispanice. *Aun no bien ha llegado la pregunta del imperio à la boca, quando viene respondido con las obras la obediencia.* Parum dixi: Prius igitur videtur opus peractum, quam imperantis proferatur verbum.

*Currant verba licet, manus est velocior illis:* *Nondum verba suum, dextra peregit opus.* Canit Martialis lib. 14. *Epig.* 208.

11 Adhuc parum dixi. Audire, & obedire, est obedientia in hac vita degentium. Parere, & postea audire, est obedientia Angelorum. Hec in gloria, illa in terra. In terra, auditur ad expeditionem mandati: in gloria, opus consummatur ad auditionem præcepti; quippe priusquam vox decreti præ-

S. Benedictus. Proverb. 10. 19.

Iuvenalis.

Obedientia vel unica voce garrulata.

Magna est non audire, & obedire.

Manus velocior lingua.

Martial.

præveniat auditum, opus prævenit decretum. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Audit? Qui ex Deo est, divinis præceptis obediatur: & dicit Saluator *Audit;* quia non audit, qui audit, quasi non audita præterit. *Qui est Deo est, verba Dei audit;* & audiendum obedit: Christusque eadem voce signat præceptum & perceptionem præcepti; quoniam in iustis idem audire, & obtemperare. Iccirco dicitur *In auditu auris obediunt. In auditu auris est:* multum in obedientia etiam tunc restat decoris; perfecti obediunt ante auditum auris: igitur ab opere revertuntur, priusquam mittantur. Mirum sanè, sed student perfectioni: deducunt iudicant obedientie, ni implevisse factis legem; antequam vox perveniret ad aurem.

12 Sed occurrit, Qua lege si vox primum, quæ primò opus perficit, quod a voce imperantis debet promi? *Numquid mittes fulgura, & ibunt* (dicit Dominus Iobo) *& revertentia dicent tibi, Adsumus?* Angelos vocat Dominus fulgura; quippe in ministerijs, quasi fulgure utitur Angelis, uti astruit Generardus in *Psal.* 103. 6. & illuxerunt fulgura eius orbi terræ, ut homines consulant obedientia pulchritudini. Ut è nube fulmen impetere egrediatur, primum sit vox tonitruj, qui ex nubis fragore: verum fulminis opus perfectum iam est, antequam fragoris audiatur vox. Haud aliter claret celeritas, dum luceat obedientium mira subtilitas: etenim cum, sicut discorrentia fulgura, Angeli exequantur divina præcepta; priusquam vox audiatur in præcepti tonitruo, rutilat operis consummata perfectio. Obedientia enim est tarda, ubi voci respondet obedientia. Hæc si perfecta, non tonitruo comparatur: sed fulminis aptius velocitati confertur; quia dum auditur, *Vade;* iam potest dici, *Revertere:* siquidem quando ab aere percipitur vox tonitruj, revertitur sicut fulgor à præcepti executione.

13 Ultra in testimonio procedamus. *Mittes fulgura, & ibunt:* *& revertentia dicent tibi: Adsumus?* Quid hoc, & quodnam intentum? *Promptum significatum subditorum in obediendo studium, & alacritas:* inquit Sanctius hic num. 76. Cæterum quomodo? Singularis profectio ordo imperantis, & obedientis! Minister voci imperantis adest: & adest, ut vadat: quo enim ingenio ministeriorum corda, post consummatum opus, *revertentia dicent, Adsumus?* An quia dum placidè iubetur, revertuntur, ut iubeantur? An quia operatio obedientia numquam languet sine munere? An quia Deus servitia maneratur, ut obsequia? Si ita,

Ioan. 8. 47.

Idem autem dicitur obtemperare.

Psal. 17. 45.

Iob. 18. 35.

Obedientia vel opor ter da, ubi voci respondet obedientia.

Perfecta similitudo fulguri.

Sanctus.

Placidè sit Superioris imperium.

& non pro auctoritate in terris dirigeretur iussio; homines obediunt ambizioso Angelorum famulatu.

14 *Revertentia dicent Adsumus.* Exprimunt sane voluntatis & potentia promptitudinem: verum quomodo post præcepti executionem? Huiusmodi obedientia non est hominum, sed ministrorum celestium: & celestis videtur, quod obediunt, ut audiunt; ubi homines audiunt, ut obediunt. Hi enim adfunt, ut audiant præcepti vocem: illi opus perficiunt, ut adfunt. Nota. *Ibunt revertentia.* Reverti simul, & ire? Quod impossibile iudicatur, ab obedientia perficitur. Tarda esset, ni opus cum imperio extaret: & dicitur meditante ire, & reverti; quia ordo & opus videtur eodem instanti. *Vulg. Como en un instante se manda, y en el se obedece, vana à cumplir, y buelven en un instante.*

15 Aprius proposito. Neutiquam promptæ obedientia esset decor, si non esset in executione promptior: quæ quidem claret, non ubi voluntas exequitur promptè mandatum, sed ubi prævenit imperantis desiderium. Posterior est operis perfectio ditione: & ita in opus perfectio præparat obedientia; ut priusquam dicatur voluntas ferendi imperij, obediens voluntas respondeat opere. Observa verborum emphasim. Fulgura sunt, & revertentia dicent, *Adsumus.* Fulmina operantur, sed non loquuntur: & per propopoeiam fingitur dicere; quia muta loquuntur opere. Deficit à vocibus, qui in obedientia studet operibus, *Dicunt,* sed non respondent. Phrasim pulchrali dicunt dumtaxat operis velocitate, quæ amplectitur obedire, & nequaquam respondere.

16 Demum, Fulgura Deus hocce ministris in obedientia appellat. Fulmen rumpit nubem ex qua vox: & cum primò vox egredietur, illic fulmen emittitur: quod quidem ita peragit opus ministerij in velociore missione; ut ab opere completo revertatur, cum vox missionis auditur. Haud cor laetit S. Patris & Legislatoris Benedicti eiusmodi summitas obedientia. Discipulus (ait ubi supr. cap. 7. *Grad. humilit.* 3.) *omni obedientia se subdat Majori.* Quænam est isthæc omnis obedientia? An *Ulofisi omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia?* Utique. Impletur quidem obedientia, dum completur, & completur, dum nil restat: ideo est omnis. Verum quæ, ut fir omnis, obedientia partes? Est obedientia, cum in auditu auris paretur & iubentis vocem factis corda sequuntur.

Obedientia res audiunt, ut obediunt perfecti obediunt ut audiunt.

Vel desideria præveniunt.

Operibus respondent vocibus.

S. Benedictus.

3. Cor. 10. 6.

Quid est Omnis obedientia? Est.

Est obedientia, dum simul coeunt vox imperantis, & opus obtemperantis; & *velut uno momento* (inquit cap. 5.) *magistri iussio*, & *perfecta discipuli opera in velocitate timoris Dei* *ambae res communiter citius explicantur.* Est ultra aliquid? Quid ultra? Quae dicitur *Omnia obedientia*: haec sane comprehendit omnia, dum uti fulgura apprimunt obediens praeveniunt libito obsequium, antequam audiant expectantes mandatum. De Petro, cum in Thabore esset, visis gloriose Christo & Synedris in maiestate, ait Evangelista, quod respondit: *Respondens autem Petrus.* Respondit? Quis enim interrogavit? Nemo. Verum cordis ad mandata signabatur promptitudo, ut priusquam aliquis praecipiendo interrogaret, obedientia Petri uti plena responderet. Quid non faceret iussis, qui sine voce respondebat factis? Omne aequum, aut iniquum ferendum imperium: quippe est perperam Praeses iubeat, namquam in subdito perperum, quod obediatur. Globus esse debet, quem obedientia movet. Semper gradiuntur, etiam cum revertitur. Nil amittit, vel dum omnia perdit. Obedientia sit prompta, ratio captiva: aliter later vel in obsequio philautia, dicereque poterit cum Narcisso apud Ovid. libr. 3. *Metam.* Fab. 6. *Ille ego sum: sensu, nec me mea fallit imago, Vror amore mei.*

DIDASCALIA II.

Quod Deo sacratur, habetur.

**I** Dicit Plutarchus libell. de *Iside* & *Ostrida*. Deus igitur dat, ut det. *Dat dona que propter det meliora bonis.* Canit S. Prosper Aquit. *Epigr.* 16. Adhuc eximia intendit erga nos divina & gratis benevolentia. Non solum dat, ut det: dat, ut accipiat quod proprium, & redonat quasi debitum. Cum Christus ascendit in altum, *Accipit dona*: ita David. Paulus vero, *Dedit dona.* Haud antilogia difficilis interpretationis, in Christi generositate erga mortales: quandoquidem non accipit ab his oblata, ut habeat, sed ut meliora retribuatur. Accipit: & cum donant, homines offerentes accipiunt; quoniam quae Domino sacrantur, melius habentur. Audi Prosper *Epigram.* 39. *Non ideo quicquam mandat Deus, ut sibi proficiat, Nec servit officio verus eget Dominus.* Numquam non habuit, quod habet, dans quicquid haberi *Proderit, & sumens non nisi quod dederit.*

S. Beda.

Veri obediens ante vocem vocis imperantis respondens. Match. 27.40.

Obedientia finitibus globis.

Obedientia obsequio philautia.

Quid.

Plutar.

S. Prosper.

Psal. 67. Eph. 4. 8.

Deus que dedit, accipit, retribuat.

Prosper.

Summa igitur liberalitas recipit ab hominibus, quod dumtaxat commodatum; ut habeant offerentes ex iure proprium.

**2** Tolle filium tuum dilectum (dicitur Abrahamo) & offeres eum in holocaustum. *Dilectum* dicit: id est Isaac. Cur ergo retrahendus Isaac? Homo ferus erat; & cum Deo ex filiis sit sacrificium; non sacrandum quod solummodo gratum, sed quod optimum. Longe ab his temporibus filiorum in devotione dilectio: plerumque Deo tribuitur qui ferus homo. Inter Hebraeos, ut constat *Levit.* 11. & *Deuteron.* 14. sacrificare non liceat, quicquid illis Dominus concedere vetuit: igitur fas non erat, ut Deo offerret, quod sibi nollet. Saepe parentes titulo devotionis mediantur rapinam in holocaustis: & mystico Iacob vasa Labam vel promittens speciosam, introducit lippis oculis Liam. Ergo instituto.

**3** Tolle filium tuum dilectum. Persic. *Tolle tunc dilectum filium tuum.* Cur ergo nunc filium suum dicit, si sacrificandum tollit? Abdicatur filius perductus ad aras: & nunc filij dilecti declaratur proprietatis; quoniam tunc potius habetur, si Domino consecratur. Videntur parentibus a filiis avelli, dum in aliquam filij ingreditur Religionem: & Nunc dicitur patri, *tolle filium*, uti tuum, qui nunc tui iuris non est; ut tux possessionis sit: quippe non alienatur, dum offeruntur. Hebr. *Tolle tibi filium tuum.* Si in sacrificium rapitur filius a patre; dicendum sane; *Tolle mihi*, non tibi: & dicitur meditante, *Tibi tolle*; quoniam pater filium quem offert, exponit; sed non amittit, cum ex merito oblationis, expositus iam sit patris.

**4** Ipse Abraham statuat, quod amor excusignorat. Audit vocem Domini, & illi co in opus surgit. Preparat necessaria ad holocaustum, assumens secum duos iuvenes, & filium. Ne prohiberetur a servis, hos reliquit ad radices montis; dixitque illis; *Expectate hic cum asino: ego autem & puer illic usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos.* Difficile omnino videtur. Si filius sacrificabitur, quomodo cum patre revertetur? Quia sacrificabitur. Parentibus falso videtur filios amittere; dum desinant Religioni: & sine mendacio Abraham dicit: *Revertemur*; quoniam quae Domino desinantur, potiore iure in possessionem habentur. Haud reverti poterat, si filium amitteret: & promittit filij reditum, quem ducit in sacrificium; quia tunc suum filium faciebat, dum consecratur, & alienum omnino, dum ut proprium retinebat.

Gen. 22. 2.

Deo sacrandum quod optimum.

Persic.

Filij qui Deo offeruntur, non alienantur.

Hebr.

Id. v. 8.

Sed habentur.

Tolle

**5** Tolle filium tuum, Tullis, & cum ligasset, & extendisset manum, ut gradus iugulari dilectum filium; dicitur illi: *Non extendas manum tuam super puerum.* Singularis utique Ilytus, qui quidem pro occasione videtur improprius. Dum filium sacrificat, dicitur proprius: *filium tuum.* Dum a sacrificio manum revocat, iam non filius: *super puerum.* Ordo pater inversus, dum sacrificatur, & non sacrificatur: igitur si Deo oblatas, iam non proprius: tunc proprius, dum ab ara revocatur: quare igitur proprius dicitur filius, quem offert; & non proprius, quando retinet? Quae cumque Deo consecratur, exposita retineatur: quae servantur amittuntur: & filium non vocat filium Angelus, dum pater habet, sed dum Dominus voverit; quoniam magis proprij sunt, si Domino consecratur, quam cum habentur.

**6** Qui filios habent, tamquam non habentes sint: igitur cum sint commodati, extorquet debitum, qui concessit usum. Qui non habent, haudquaquam sicut non habentes sunt: siquidem dum usum offerunt, proprietatem cum dominatione acquirunt. Concedit Samuel matri, & restituere conatur, quod a Domino accepit, dicens: *Commodavi illum Domino omnibus diebus, quibus fuerit commodatus.* De Tautologia ex professo tractabimus Tom. 5. sed obiter nota, filium commodari a matre omnibus diebus, quae placuerit filio; quippe nec Dei nec filiorum est obsequium, cogi ad statum: qui quidem debet esse iuxta electionem vocationis cordium, non de patria potestate, nec de probubio parentum. Proh dolor! Quanta sub Religionis specie latent parentum commoda, & filiorum crimina!

**7** Commodavi, dixit Anna, *puerum Domino.* Deus dominus universorum est: *Nam Deus omnipotens simul omnitenensque potestas.*

*Nil perdit proprium, nil capit occiduum.* Ait ubi sup. Prosper Aquit. Quo pacto commodabitur, cui nihil commodatur? Deo, dum filius per genitricem offertur, restituitur. Commodatur tantum, cui usus conceditur; at pene Deum est dominum, dum parentibus credit usum filiorum. Commodatio est tantum, cui usus est, & non proprietatis: Deus Samuelem genitrici commodaverat, ut cum placeret, restituere cogeret; cui semper puerulus proprius, estis parentibus concedatur usus. Commodat, qui proprietatem habet: & dum Anna filium offert, commodare Domino dicit; quippequam tunc liberi sunt parentum, dum Domino consecratur.

Ubi supra.

Ver. 12.

Et habetur ut proprii.

1. Reg. 3. 28.

Filij haud in-viri amplectantur statum.

Prosper.

Tunc filij sunt parenti, dum Domino consecretur.

**8** Clarissimum acumen vera genitricis proem, ut amuletur & reliqua gratiam. Filium commodat Anna Domino, cum Dominas filium (quem sterilis concepit, ut pareret sibi) genitrici commodaret. Filium sterilis habuit, sed non proprium, igitur eius qui dederat filium; quique repetere poterat, si placebat. Nequit a Domino peti, quod non proprium, quamvis filiam Anna filium volebat, & propriam: cogitavit, quo modo haberet; & Domino obtulit: commodatumque diligenti genitrici, commodat commodatori; & vocatur commodatio, quae restitatio: quasi illico ut oblata liberi ad aras, a Deo in parentes transferretur proprietatis. Haud pereunt filii dicenti Domino. Ut inter familiam sint, desiderantur; & extra familiam, dum habentur, non habentur. Fallit amor carnalis uti caecus. Non est querendus filius inter cognatos & notos: qui servit Domino, invenitur in templo. Filij vocantur spiritus patris in commendationem amoris; & qui animam suam propter Christum perdidit, profecto inveniet: siquidem non habens habebit proprium, quem habens solummodo possidebat ad usum.

**9** Fert secum Anna puerum trimulum in templum, & etiam vitulum in sacrificium, ut sit institutum exemplum: igitur qui Deo victimam rationalis offertur, ac in Religionem sacratur; sibi & cupiditatibus debet mori, & vivere caelo, antequam cognoscatur vivere. Vita Monachorum martyrium est. Ducuntur ad aram, ut morientes vivant, & gigantes in virtutibus resurgant: siquidem rumpuntur corda dolore, dum vivunt quasi in medio saeculi, qui plantati in domo Domini. *Qui statit*: ait Psaltes Regius. Obsequium fulget, ubi nemo sedet: quandoquidem non vocatur ut quiescat, sed ut resurgat. *Senior ei talis deputetur* (ait Legislator N. Benedictus Regul. Sancti. cap. 58.) qui aptus sit ad *lucrandas animas, qui super eum* (novitium scilicet) *omnino curiosè intendat, & sollicitus sit, si verè Deum querat, si sollicitus sit ad opus Dei, ad obedientiam, ad obprobria.* Ecce regula brevis cuncti magisterij, ac in discipulos universa disciplinae.

Singula librentur. *Senior deputetur*: perperam obicit magisterium, qui ignorat discipulatum: & invide sequetur discipulus magistrum non precedentem, in moribus saepe nec meliorem, nec aequalem. Contrae profecto spirituale aedificium, quoniam supra arenam aedificat, qui aedificandus est, domum. *Aptus sit ad lucrandas animas.*

Transferretur a Deo in gratiam sui proprietatis.

Qui sacrificatur Deo, mortuus est.

Psaltes 133. 22.

S. Beda.

Qui in aedificat magisterio 17. 44. nung.

Hec

Heu! Qui suæ domui præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Quo pacto alios servabit, qui perit? Necessè est, ut faciat sumptum, qui querit lucrum: & plerumque non intendit lucrum virtutis, sed tantum auctoritatis; qua minime discipuli dirigitur, sed aporiantur: etenim student dignitati muneris, & non meritis. *Omnino debet esse curiosus*: quippe lateat anguis sub herba, & navis submergitur nimula. Debet vulcerari vel in crine colli, ac in iactu oculorum debet offendi; quoniam decedit discipulus in graviora, medicorum indulgentia, & in illo informando est levità, non sunt modica. *Solicitus sit, severè Deum querat*. Verè, quia plurimi ut Herodes querunt fidè. Verè, quoniam verè querunt, si se non faciunt: si veniunt ad obedientiam, ut faciant, & non ut fiant. Si seipsos non inveniunt, etiam querentes seipsos: cum alij à se inveniuntur perfectione, comparantes semet ipsos sibi. Cum veniunt, ut veniant; non ut circumveniunt: igitur sese fallunt, dum ita veniunt.

Tres esse causas, observat Bernard. Serm. 75. in *Cant.* quis vel querentes Deum, non inveniunt. *Cum aut non in tempore querunt, aut non sicut oportet; aut non ubi oportet. Non in tempore*, quia penitentiam querunt in sensu: & melius est viro, si portaverit iugum ab adolescentia sua. *Non sicut oportet*, quia conciliare fatagunt cælum & mundum, ingredientibus duabus vijs, quasi sensus, & rationis non esset diversa lex. Denique, *Non ubi oportet*, quoniam querunt inter delicias & rosas lilium cælestis rutilans inter spinas: vel in sæculi foro, quæ debent in monasterio. Inquiratur ergo quod Levitæ, Indic. 18. 3. *Quis te huc adduxit? Quid hic agis? Quam ob causam huc venire voluisti?* Quis te huc adduxit, & quid? An venis, vel adducis? Quid hic agis? Ut constet propositum ex fine, ex actione, & voluntate. Latum utique argumentum, sed satis dictum, dum obvium.

10. Obcultit trimum infantulum Anna, & omnino lætabunda. *Exultavit* (inquit) *cor meum in Domino*. Conceptit (quod diu desideraverat) & peperit puerum; sed eius haudquaquam exponitur gaudium. Quare non gaudet, dum habet; & exultat, dum à se, & ab ubere removet? Si tristitia afflictebatur, quia filium non habebat; quomodo non habens, filium Domino offerendo, maxime exultat? Agnovit felicitatem genitricis, dum filium mancipavit famulatu Dei. Vitis insignis plauditur à Chrysolto,

mo in huiusmodi obsequio, Homil. 3. de *Fid. Annæ*: igitur se ostendens veram infantuli genitricem, suum extendit usque ad templum palmitem. Sed unde insignis? Perpende. Sub verum tempus dum sefcantur à viribus palmites, lachrymantur & continuo vitæ, quasi orbate propagine, gemine & prole: & Anna dum filium desideratum offert, plauditur vitis insignis; quia mater filium avulsam ab ubere dedicavit sine lachrymis. Insignis plauditur Anna. Insignior læcet Maria: dum illa filium in templo, hæc verò filium contemplatur in trunco. *Stantem lego, stentem non lego*: ait Ambrosius, Conc. de *Obit. Valentinian.* O similitas propositi, & contra vires femine summa constantia! Insigne ergo plaudatur, quasi impossibile conditioni, matrem orbata filio, & stare sine fletu.

11. Modò ad quæsitum. Sibi anxia Anna conceptum querit; & exultat, dum sibi non habet. Gaudium maius hæret pectori de bono, & felicitate maiore: & dum ab alienatur propter Dominum à filio, in os crumpit cordis complacentis exultatio; quoniam oblatione habebat, quod habere unquam vel iure matris nequibat. Haud ita, filium non habebat proptium, qui quidem tantum donatus ad usum: quid mirum, quod commodario produceret in pectore exultationem, dum Deus per illam in matrem transferebat potestatem? Rependit Dominus vices, & plenitudine honoris. Fœcundam fecit sterilem, & etiam matrem filiorum lætantem. Eadem fors filiorum, si propter Deum parentum obliviscuntur: igitur tunc parentes habent proprios, dum oblivione arbitrantur alienos.

12. In huiusmodi animæ abstractione, & despectu sæculi, dixit David: *Pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me*. Hoc unum desideravit, & obtinuit; quòd omnibus diebus vitæ in domo Domini inhabitaret. Abscondit anima in Domini tabernaculo, nimirum, dum corpus clauditur in monasterio: & profert, quòd Domino sit desponsata, dum à patre & à matre derelicta. Verum non ita dicit; sed *Pater meus & mater mea*. Nota. *Meus & Mea* possessiva sunt: quomodo parentes iungit proprietatibus; si derelicta à parentibus? An in anima sancta ita gravis imperfectio, ut mundum non despiciat, despecta à mundo? Absit. Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Inutiliter vivit in monasterio, cuius mens liberè vagatur in foro.

Aliò tendit animæ iuste conatus, pro pusillanimitate, & tempestate spiritus; et enim

Clebrat  
vires si-  
lio. Deo  
confessa-  
re, magis  
quàm ha-  
bere.

Ambro-  
Virginis  
constantia  
iuxta  
crucem.

Unde  
gaudium  
de obla-  
tione fra-  
trorum?

Plalm.  
26. 10.

In tyro-  
nibus om-  
nia no-  
tauda.

Bernard.

Cognosci-  
tur voca-  
tio ex fi-  
ne, ex  
actione,  
& volun-  
tate.

Indic.  
18. 3.

Reg.  
10. 1.

DIDASCALIA III.

*Christus indebitam mortem suscepit, ut nos à debita morte liberaret.*

1. Inquit Gregorius Magn. lib. 3. in *Iob. cap. 11.* Non rapinam arbitratus est, & sustinuit crucem acerbam, cum in illum princeps mundi haudquaquam haberet quicquam. Non rapinam arbitratus est, sed quod non rapuit, exolvit. Pœna enim peccati immeritò gravat, qui, præ omnibus innocentem, nec umbram nove- rat.

*Sic Deus ipse hominum, gessit peccata, nec hausit.*

*Et mortem passus, non portavit in cruce culpam, Perdidiit ille manum. Reparavit & in cruce vitam.*

*Ille reus factus, ne sim reus inter iniquos.* Cecinit Paulinus Natal. 8. *Felic. v. 199.* Ideo pro Isaac sufficitur agnus in sacrificium, ut cunctorum deleteret peccatum. Agnus signabat innocentiam Christi, qui moriens peccata mundi deleteret in fipite. Si agnus, & sine macula, minime debita pœna: sed amor stimularit, ut solveret, quod adhuc in carne peccati non contraxit: igitur passus est pro nobis mortem in cruce, ut cunctos homines liberaret à morte.

2. Suggestioni demonis, ut Eva de in- hibito ligno gustaret; promptè respondit: *Precepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* Quinam? Qui legem transgressi? aliter apud Haye in *Bibl. Maxim.* per Siltum Senesem intelligitur sententia. *Ne forte moriamur.* Ego & Deus. Comedere prohibuit, & in transgressione moriemur ego & Dominus, qui præcepit. O amor summus! & tamen hominum rebelles peccus. Ne comedas de vetito ligno, quoniam tibi, mihique vitæ impedium pro peccato. Tibi Domine? Quare? Quoniam homo transgressione morietur, atque sub demonis captivitate doloribus mancipabitur: & morietur simul, si homo deficit à lege, quoniam impeller amor, illo peccante, profundere vitam pro salute & redemptione. Ne peccaveris, quoniam morieris: & si morieris, moriar, ne moriaris. Ne pecces, quippe plorabis tormentum, & ego plorabo plantum. Ne pecces. Respice in me, licet oblita tui: siquidem propter amorem, calcata lege, coges im-

Genes. 3.

Sixty  
Scu.

Segui  
mundi  
fugientem,  
summa  
fuit itia,  
maximè  
fugientis  
mundi.

Tunc  
pater pro-  
prie ha-  
batur,  
dum de-  
relinquitur.  
Plal. 44  
11.

Num.  
87. 10.

Per Lo-  
tum obli-  
vio pa-  
triae.

Ovid.

Cur in-  
fant iux-  
ta lotum

Alciar.

Ovid.

Tunc ma-  
ter habe-  
tur, si  
obliscu-  
ritur.

Maro.

enim parentes videtur amittere, qui secedit in tabernaculum Domini. Queni pater & mater derelinquant, non habent illum: & dicit anima sancta in huiusmodi forte proficua: *Pater meus & mater mea*: quippe tunc verè parentes habet, dum propter Dominum fugit. Pater & mater dereliquere quasi non suam; sed illa relinquendo, haud reliquit in absentia patrem, aut matrem: propriosque vocat & ab illis derelicta; quoniam quaque reliquerit, habet propria. *Audi filia, & inclina aurem tuam.* Ad quid ergo propensa aure? *Obliviscere popululum tuum, & domum patris tui.* Si obliviscitur patris, iam non eius: & proprium vocat patrem, dum hortatur animum in oblivionem; quoniam tunc proprie habetur, dum obliviscitur.

13. *Que arens & sicca virgula procul à templo, germinat, floret, fructificat in Sanctuario; induitque virtutum miram speciositatem, qua non floretet, si obtineret extra sanctuarium connaturalem radicem.* Ibi sicca floret, quæ florens extra tabernaculum arefceret. Ibi virga florens servatur in signum: igitur quicquid semel in virga, fit frequenter in anima; cum in Sanctuario floreat sine radice parentum, & oblivione radicem. Nescio an in huiusmodi oblivionem, pinxerit Aegyptij iuxta lotum infantem. Refert Pierius Valerian. lib. 52. cap. 35. & alludit fabulam Dryopis infantem filium sinu gestantis, conversæ in lotum, atque de puero cognatos anxie momentis, ut canit Ovidius lib. 9. *Metam.* Fab. 5.

*Hunc tamen infantem maternis demitte ramis, Et date nutricei, nostraque sub arbore sepe Lac facitote bibat, nostraque sub arbore ludat.*

*Cumque loqui poterit, matrem facitote salutet, Et tristis dicat; Latet hoc in fipite mater.*

Matrem habet infans, dum perdit, quia tunc læcet; atque matrem salutat, quam declinaverat. Lotus arbor symbolum est oblivionis patris: canit Homerus *Odyss.* 9. & Andr. Alciatus *Embl.* 114.

*Iam audiam missa patria, oblitusque tuorum, Quos tibi seu sanguis, sive paravit amor.* Et Ovidius ubi supr.

*Chære vale coniux, & tu germana, paterque.* Collocaturque infans cum loto, quæ infuit patriæ, cognatorumque oblivionem; ut discat, cum oblivione tunc magis habere matrem. Haud fatiscat tunc pro filijs, ita feliciter collocat. Si oves æstimabiliores sunt, vel Profano teste lib. 5. *Epig.* 45.

*Quas dederis, illas semper habebis opes.*

Greg.  
Magn.

Christus  
mortem  
indebitè  
obijt, ut  
superaret

Paulin.

Gen. 28  
13.

Et gessit  
humano  
liberaret  
à morte.

Genes. 3.

Sixty  
Scu.

Paritur in ligno, quae pati debebat homo.

mortalem mori. Ne extendas in venena manum, ut moriamur simul: etenim morieris vulnere; & moriar sanè, ut eruaris a morte. Amor agrè fert pati dilectum, quantumvis iuste supplicium: & moriar si morieris; quippe charitas ut delect culpam, innocentem impellet, ut ferat poenam. Ne pecces, quoniam duceris victima in sacrificium divinae laesa iustitiae, tradita merito amarissimae morti: & moriemur anà, si per te commissa noxa; igitur illa gratis amplexaberis damnatum, & pro te suffectus patiar, quod pati non possum. Ne comedas. Heu! Comedit. Utriusque vitam destruxit: & ne in perpetuum moreretur homo; filius Dei; sine macula agnus, suffectus in sacrificio: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, qui periret sine culpa; ne qui peccator periret. Dolores nostros ipse portavit pro nobis, in signum præexcellens charitatis: igitur ut surgeret homo, languor assumptus à medico; & salva fuit (ò Domine!) infirma humana natura, quoniam declinaverunt in te mala.

Psal. 120.

3. Ecce lectulo in quaestionem gravem datus fiducialis paralyticus, confitebatur fugax donum valetudinis puer Centurionis. Funesita, quippe malè torquebatur, dolor in iacente extendit; ut mortem usque, nervorum dissolutione perveniret. Iacebat enim intertibi femoribus in ægritudine carere, culdoe & pervigili dolore; sed parte pueri agebat Centurio coram Christo iudice. Acta fides dicebat immutato tacita oris; procedens ex percussione timidi pectoris: verum auspex a compassione constitutus, rogavit, ut laxarentur vel ad horam pueri cruciatus. Cum palma Centurio à iudicio discessit: igitur Iudex respondit: *Ego veniam, & curabo eum. Veniam*, Hebraismus est, ut patet 4. Reg. 6. 3. Philipp. 2. 24. & Apocal. 3. 3. sed mysterium obnubuit. *Ibo*, signat accessum, vel abitum: *Veniam*, regressum: & Christus se demonstrat regredientem, cum Centurio arbitrarer in subsidium abeuntem; quippe velox in largitate favoris, spem & vota præcurrunt supplicis. Maior igitur beneficium fit, dum intenditur, & occurrit ultra spem.

Matth. 8. 7.

Gratis Christi præcedit cogitationi.

4. Deinde. *Ego veniam*. Aptissime prolata, ut gratia micaret integra. Preces olim apud Ethicos claudè pingebantur; Favor verò penniger, ut observat Vincent. Chartarius de Imag. Deor. fol. 29. & 321. Centurio rogavit, Christi favor erubuit: & ut responderet officijs, ubi præcessit verecundia precis, & preces gratiam; non dixit *Ibo*, sed *Veniam*; igitur si Centurio ante gratiam preces præmiserat, beneficio supplicis cogi-

Præces claudæ, Favor penniger Vinct. Chart.

tationem generositas præcesserat. Preces benignus audivit, ut fidem supplicantis in articulo probaret; verum fidem Centurionis dono maiore reddidit: igitur velox à favore veniebat, dum pes precum accedendo claudicabat. Vidit venientem, quem Centurio agitabat euntem. Parùm gratia curreret, ni claudicantes præcederet. Præcedit Sol iustitiae vel volantes, cuius fanistas in pennis.

Claudicant precantur in ve laciitate gratiarum Salvatoris.

5. Haud moremur in transcurfu. *Ego veniam, & curabo eum*. Quando hæc erunt? *Veniam & curabo* (ait Chrylogus Serm. 15.) *ut ipse operis sui vector, clementissimè bailularet*. Conceperam ingenio Chrylogi perspicuitatem in testimonio obtenturum, & profundis submergitur auctoritatis arcana. Labitur caprus sententia, ipomet delicantis acumine. Opus bailulandum erat in cruce. Servus iacet paralyticus: valetudinem integram promittit medicus. Ecce sponso: *Ego veniam & curabo*. Tempus expectatur ad nobile medicamen, & Chrylogus signat pro medicamine crucem? Antidotum novum! Quomodo qui iacet paralyticus gravatus salutem adipiscitur, ubi tormenta mortis in cruce medicus patitur? Quia celestis & novus, fatagie veterem curare plagam per novam & singularem medicinam. In lectulo patitur languidus servus, & in cruce moritur medicus Christus. In medicinam apposuit. Salvandus erat homo à morte, morte Christi; & dum servo malè habenti à Centurio re inquiritur medicamen, iure Chrylogus signat medicinam crucem; igitur si morte mors extirpanda, & mors morti medicina; in cruce ubi medicus celestis ager animam, invenit homo paralyticus vitam.

Chrysol.

Homo invenit ut tam ubi Christus agit animam.

6. Displeuit ludæis medicus, & non morbus: igitur his omnibus curationibus (ait Augustinus in Psal. 63. v. 2.) *ingrati tamquam multa febre phreneticis* (insania erat, quippe febris maligna, & voluntaria insipientes in medicum, qui venerat curare eos; excogitaverunt consilium perdendi eum: tamquam ibi volentes probare, atrium verè homo sit, qui mori possit; an aliquid super homines sit, qui mori se non permittat. Observa Utrum homo, & An super homines. Qua via rimandum, An medicus sit humanus, vel celestis? Quod possit, vel non possit mori? Multa febre sunt phreneticis: si quidem supra homines noscebatur, ex eo quod mori non potens possit mori, & moreretur. De torrente in via amarissimo bibit, propterea caput, quod antiquitus languiebat, exaltavit. Curationes singulares in mor-

August.

Testera summe charitatis, quod moreretur, qui nequibat mori.

moribus desperatis sunt argumenta peritiae medicorum, & virtutis: cæterum ipsam medicam mortem mortis exhibere remedium, admirabilis medicina theatrum. Medici si medentur, medentur hominibus, quin si fibi aliquod periculi suspendat ex curationibus: verum dum medicus est celestis, eius vita sufficitur pro efficacia medicaminis. Quo namque tempore vulneris fieret antiqui curatio, ni medicus hic descendisset de caelo? Homo fuit medicus, & super homines: quia potens declinare mortem, sustinuit crucem. An non celestis, qui poterat non mori, & pro ægrotis voluit pati?

Matth. 27. 54.

Ibid. v. 22. Interi.

Ibid. cap. 17.

4. Itacampis de monstrone plus quam bus noscitur vel in cruce.

Non moretur, moreretur homo.

August.

7. Verè filius Dei erat iste exclamavit Centurio aditus cruci. Unde igitur si conspicit pati crucem, rimatur divinitatem? Nolentes dicebant verum vel Principes Sacerdotum. *Alios salvos fecit seipsum non potest saluum facere*. Interlin. *Quis hoc potuit, posset utique illud, sed minus volebat ut faceret maius*. In eo quod noluit, superiore omnia base constituit: qui enim alios, quia voluit, salvos fecit; seipsum, si vellet, salvum facere posset. Quis enim hominum haud prætermittit totius mundi salutem, ut fugeret leve incommodum? *Bonus est, vos hic esse*: dixit Petrus, quod quidem non erat bonum. Lapsus utilitatis, & voluptatis propriae retrahebat salutem. Ibaescentis universi; quin utilitatem esto brevem, propriam, cognosceret præ philantia mundi ruinam. Perite, ne pereant alij; longè ab homine: & cum in cruce Centurio videat, qui seipsum dedit, ut alios lytro sanguinis salvaret; ex merito clamavit: *Verè filius Dei, & divinus erat iste*: inquit quod ni homo super homines esset, incommodo tanto homines non liberaret.

8. Poterat, sed volebat sibi vitam retinere, sicut ægros donavit felicior valetudine. Si ita faceret, homo sanquam periret. Ne periret, perire lubitò voluit: & noluit descendere ut vita, amoris sublimis gratia, fieret in cruce mortis singularis medicina: igitur ita percussit, ut languidus curaret percussione, dum altis vulneribus percussis gemebar mundus; quis faceret nisi Deus! In cruce agnoscitur, quem mundus non cognovit. Omnia profecto ad se traxit: & quem non potuit prodigijs, traxit amoris catenis. *Cathedra magistri docentis* fuit nobile lignum crucis: ait August. Tract. 119. In Ioann. Cathedra, ubi nova lectio dicitur exotica mundo, in propodium athenæo: etenim non auditum, quod medicus se salvum facere noluisset, ut ægros salvos faceret.

9. Medicinam in classis singulari, charta Tom. II. Taut.

ritas instituit novam; cum vitam noluit medicus, ut alij acciperent vitam. Cuncta quæ habet homo, dabit pro anima: à vitam pro vita togitavit aliquando vel ars Peonia? Vitam pro vita, pro funeribus funera, auram vitalem pro antidoto mortis, & sepulchrum invenire pro sepulchris; ars amoris, studium crucis, obsequium dilectionis, fides summæ charitatis, atque acumen fuit celestis cogitationis. Medicus fuit plaudens celestis, & homo scientia salutis super omnes homines: quandoquidem vel Ethnici, fidei tantæ & in ingratos, videntes demagnationem, medicis celestis cognoverunt Deitatem.

Cruce cælestis specialis medicus.

10. Adhuc restat investigandum ly Minus volebat, ut faceret maius. Minus erat descensio de cruce, quod quidem miraculum grande, ut crederent Dei filium, contemplantes inusitatum miraculum? Minus intendebat cunctis ostendere arcana divinitatis, in ara sacrata crucis: Christusque noluit descendendo de ligno facere minus; ut adhaerendo cruci, faceret maius: igitur si in vita rufflabat potestatis miraculum; in morte maius erat Deitatis testimonium: quippe nec clam erat, quod semper langueret mundus; ni medicus esset Deus.

In mori crucis Christus cognoscitur imitatoris.

Maius & minus dicitur. Minus signatur vivere, maius mori. Maius, quod mirabilis, & quo speciem divinitatis micaret amplius. Mors crucis non est mirabilis. Efferet tamen si descenderet de funelo throno crucis: igitur astraebat palam divinitatis umbram, si viderent crucifixi crucem corpore vacuum; & iure dicitur minus, extra crucem vivere, maiusque in supite mori; quoniam maius miraculum oculis exhibebatur, ex eo quod pro mortalibus immortalis moreretur.

Maius miraculum in cruce mori, quam sine cruce vivere.

11. Ratio suppetit. Descensus de cruce, prodigium spectabile erat; verum homo, si descenderet mortis, peribat. Exultaret utique vita cuncti generis in perpetuum, quando Christus non emitteret spiritum. Maius beneficium est, ubi maior patet charitas, & ubi prestat dilectionis ingeniositas. Unde in articulo vivendi per in auditum miraculum, vel moriendi in medicinam per charitatis studium; uti maius, prodigium crucis exposuit, quia maiorem hac dilectionem nemo habuit. Maius signum fecit, dum sic se tradidit: etenim si mors amoris, & amor divinitatis est nota; nihil cogitatur ultra. Sepeliatur, quod fama cecinit de Thefeo, apud Catull. Nupt. Pelei & Thetidos.

Ubi summi mundi divinitas.

Ipsæ suum Thefeus pro charis corpus Athonis Projicere optavit potius, quam talia Crasam

Catull.

Funera Cecropia, ne funera, portarentur. Si divinitas claruit per amorem, amor per crucem: siquidem in excessu amoris reful- sic vel in patiente praestantia divinitatis.

Joan. 8. 88.

12. Cum exaltaveritis filium hominis tunc cognoscetis, quia ego sum: dixit Alector N. Iudais. Quid Domine? Quid, te cognoscent esse? Esse te? Cognoscent, quod propter hominem factus es homo? Quod sis missus à Patre, ut hominem crueres à peccati & diaboli servitute? Quod descendisti in mundum, ut genus humanum elevares ad caelum? Omnia continet phrasis: verum tantum dicit: Quia ego sum, quin dicat quid; sed summam charitatem signat profecto emphatica vox. Perdidit homo peccato miserè gratiam, & divinam amicitiam, qua iustitia custodita contenderet in meliora; sed libuit propter inanem pomi voluptatem, tradi voluntarie in mortem. Ne in aeternum periret, qui Deus, mortem voluit pati. Christum ducebat amor, ut propter hominem amitteret vitam: hominem propensio vilis, ut despiceret gratiam. Amor, ut viaceret ingratitudinem: ingratitudo, ut offenderet amorem. Quis non cederet, dum ita amor impugnatur? Sed in cruce quantus amor cognosceatur, per demonstrationis notam: igitur ut hominem restituat ad gratiam, respiciet pondus amoris, non pondus ingratitudinis.

Christus ut sa- queat in- bendi in amorem? Non in ingra- i- tudinem

13. Aliiter. Propter se facit hominis Conditor, quod homo peccatis usquequa- que demeretur. Non restitui in gratia stas- sum felicem, erat intendere frustratam re- damationem; siquidem semper respondit sagittis, collatis & ultrò gratijs. Mori & offensus ab illis, propter illos in cruce; est non respicere illos, sed propter amorem studere pietati: & illo in cruce sublato, quis sit, apparebit mundo; quoniam solum- modò ille vehementiore dilectione, gratijs respondere poterat hominum ingratitudini. Vulg. Porque solo un amor como el suyo puede mostrar finezas con un ingrato. In cruce à dignitate elevatur, & tunc cognoscitur. Elargitur amor gratiam, etiam dum amorem vulnerant: igitur vel dum petunt sceleribus, plusquam sagittis, ut saucient; aperit pectus ostium clausum, ut intrent.

Solus amor sustinere quibus in gratiam dimittere dicit.

14. Deinde. Si despectus amoris & benevolentiae perpenditur in homine male merente; flamma vivaciore extinguetur in corde: ceterum si intenditur, ut par est, in dilectionem; gratijs, ius est amoris, persol- vere ingratitudinem. Hæc retrahit, sed amor allicit. Faciem non respiciet peccatorum in distributione gratiarum; quippe in illas in-

cedit nobilissimum pectus, quoniam ipse est, & non amplius. Non quia illi & tales homines sint; sed quia amor respicit se. Superior dilectio in hominis corde fastidit, & evanescit; si dilectus ingratus responderet, vel non responderet, ut placeret: & amor Christi dum crucifigitur magis ac magis agnosceatur; quia facit, dum crucifigitur.

Amor- eius ma- gi agno- scitur, dum cru- cifigitur.

15. Ceterò. Tunc (ita) cognoscetis, quia ego sum. Tunc, quia tunc offensus, & tunc favens offensoribus. Tunc, quia fixam amo- rem habebitis, dum crucifigitis. Tunc, quia tot habebitis ad gratiam ostia, quot forme- tis in corpore lurida vulnera. Tunc, quia tantis iniurijs gratia respondebunt amoris. Tunc, quia maiorem obtinebitis gratiam, maiorem utique cogitantes iniuriam: igitur pectus aperietur, quo in alijs clauditur. Tunc, quippe obsequimini amori, blandientes crimini: etenim effundetur è pectore gratia, & in eodem tempore, quo perpetratur offensa, rupto fonte insperatæ salu- tis, arte adversa inquiratis. Tunc cogno- scar, ubi pungar: igitur quis præter me posset conferre peccatoribus veniam, in cor vibrantibus lanceam: Quis? Tunc cogno- scetis, quia ego sum: siquidem ingredie- mini in pectus, facientes vulnus. Si pena responderet despectui, & pessimis meritis, hominem tantum iudicare homines: ver- rum dum crucifigitur, Quis sit, crucifigentes cognoscent; etenim totus Deus poterat respondere singularibus gratijs, singulari- bus iniurijs.

Christi contulit gratiam dum ab homine tulit ma- iorem iniuriam.

16. Ergo proposito Didascalie Tunc cognoscetis, quia ego sum, cum in crucem exaltaveritis me. Cognoscetis, quia ego sum qui sum. Quia ego Deus. Non tantum hominem, quod videtis; sed supra homi- nes. Quomodo tunc si vermis, & non ho- mo; ut Deus agnitus à mundo? Deus im- mortalis est, homo mortalis: & Deus Chris- tus agnosceatur in ara crucis; quia cum pos- sit, si vellet, vivere, voluit immortalis mori. Mori, est humane post peccatum condi- tionis; quapropter homines traduntur exi- re pœnis: sed sineculpa pro noxijs perfer- re indebitam penam, est ultra humanam naturam: Christusque cognosceatur plusquam homo, ubi suspenditur ligno; quoniam ut hominem à debita morte liberaret, hominis mortem suscepit.

Mortem hominis sustinuit ut sal- ret.

Deum utique Iudæi agnoscebant singu- larissimum medicum, sed ignorabant & pe- nitentis modum. Medici humani est intendere, ac satagere salutis, plagas curando con- gruentibus pharmacis; non plagas plagis, nec vulnera medicamine vulneris: Christus-

que

Toxicum convertit in phar- macum

que suspensus ab illis in stipite crucis, cog- nosceatur uti medicus cœlestis; quia vulnera inflicta per serpentem hominibus, debilit à natura proprijs vulneribus. Vulnera illius ex vulneribus hominis: vulnera hominis ex veneno serpentis. In cruce videnda medicina singularis, & etiam per medicamen conditio auctoris: siquidem quod fecit serpentis tox- icum; ne vulnera essent, instruxit alexi- pharmacum. Doloribus proprijs levavit do- lores, amaritudine hominum amaritudines: unde medici claruit in stipite magnitudo; quoniam vulneribus fecit medicamina ex veneno. Scilicet tradere in mortem pro morte peccati & pro hominis morte; vere insigne, & vere cœlestis medici. Tunc cog- noscetis, quia ego sum: etenim ut avertat ab ægotantibus inimicam diurnam plagam; medicus ipse se tradet in medicam. Ideo vocat exaltationem, propudiosam illa- tenus crucem. Cum exaltaveritis, cognosce- tis: siquidem nulla potest amplior cognos- ci dilectionis exaltatio; quam immortalem mori pro morturo. Tunc cognosceatur qua- ta charitas, cum intenderit prevalere cru- delitatis: quippe summa cognosceatur, dum medicus indebit moritur, ne morturus vul- nere accepto, moriatur.

Ibid.

Et pro morturo moritur, ut præ- set sum- ma dile- ctio.

17. Hæc medici summa dilectio, & sine exultatione nostri cordis accusatio. Cognos- cimus quis est, quid fecit; & amor in pecto- re tot ignibus laugatur: imò ingratus respon- det, cum eximias amoris demonstraciones videat, & cognosceat gratis factas, magis negligat.

Morte pia Dominus, mihi mortuus, ut sibi vitam.

Paulo.

Et merear semper viventis vivere vitam; Condemnatus obijt, nos ut discernat iniquis. Ait Paulinus ubi supr. Quid nos tantis bo- nis? Induratur cor in medio pectoris. Amo- rem agnosce, & quo magis allicitur, in- durefcit. De Anaxarete fictum, despexisse Iphim, eius amore suspensum: igitur dum vigiliam ambiret, ambiens muleret, atque di- lectam requireret diligentem, nam totis osi- bus perceptorat ignem; illa

Fab. Iphim.

Ovid.

Spernit & irridet, fatisque immittibus addit Verba superba ferox, & spe quoque frustrat amantem.

Ingrati- tudo signa- rata per saxum.

Ultima sunt tentata, ut sciret quod morieba- tur pro illa; an mereret faulte amoris re- cordationem, recensendo inter obsequia, eius amore morientem. Frustratum est dilectio- nis ingenium, igitur obsequium convertum est in fastidium: quandoquidem illa obrigit, quia demonstrationis tarduit.

Vix bene impostum lecto prospexerat Iphim.

Dirigere oculi, calidusque à corpore san- guis,

Idem;

Inducto pallore fugit: conatque retrò Ferre pedes, hæsi: conata avertere vultus, Hoc quoque non potuit: paulatimque occupat artus

Quod fuit in duro iam prisem corpore saxum. Cantic Ovidius lib. 14. Metam. Fab. 17.

18. Huiusmodi tabule patent non fictæ, dum iagratitudo hæret ita hominum cordis igitur hoc claret pervertit ad oculum, quod fuerat & est duro iam corpore saxum. Licet totum conveniat singulari Dei dilectæ Synagoge (que iam faxea, quippe morte Amati) non commota, dum petre scilicet Conditoris morte; & expectet redemp- tionem, cum vel spe frustravit amantem; atque in peccati penam, in quem transiit, alpe- xit; & atonica obrigit.

Synagoga ingratis- sima.

Conatque retrò Ferre pedes, hæsi; conata avertere vultus, Hoc quoque non potuit:

Ut respiceret in faciem Christi sui, & velit, & nolit, ut confunderetur, vel ut respiceret) anime cuiuslibet peccatoris aptatur, ubi Christi passione ad meliora non movetur. Cum clamore valido & lachrymis vocat de cruce Dominus, sed rigescit pectus. Allicit cor, & demulcentem fugit: offendit vulne- ra, & charitatem despicit: videt pro illo tradidisse vitam, & proterit pro voluptate innocentiam: contemplatur in meritum facti, ut salvaret eum; & adhuc adhuc fovet pectore delictum. Haud cor habet: si haber, convertum utique in lapidem: quandoqui- dem non commovetur concussum in peni- tudinem; dum dilectum pro illo videt è cru- ce pendente. Etiam saxa lachrymantur facta in fontes aquarum, & obturantur cor- dis duritie largi fontes oculorum. Christus ita profusus in amorem, & cor ita ample- ctens iniquitatem! Ille tot passus pro homi- ne digno supplicio; & pro se nil facit homo! Christus, ut homo è catenis liberetur, vel crucem parit; & homo quotidie vinculis criminum barathrum usque constringitur! Christus, ne vulneretur homo, vulneratus à planta pedis usque ad verticem capitis, & homo impavidè sequitur mala; ut multi- plicet vulnera! Sanguine Christi cor lapi- deum factum carneum; & ingratitudine, quod iam carneum convertitur in lapi- deum: igitur si, ex lapidibus suscitaturus fi- lios Abrahæ, pendit in cruce; qui iam ho- mines, duricia cordium convertuntur in la- pides. Homo & homo: Scripturæ phrasis est, & studiosè geminatio fit: siquidem dum cordi humano accedit obstinatio, in ho-

Lapidei sanæ cor, videns Christi in cruce pendente, immotum ad peni- tudinem, Ezech. 36. 26.

Psal. 86.

8'

Homo ab  
finatur  
non ho-  
mo, sed  
demon.

mine minime invenitur homo: cum per ma-  
litiolam in malis indurationem, qui natus  
homo converteratur in demonem. Cuius ani-  
mum non franget, dum homo in cruce mo-  
riturus pendet? Quid si innocens? Quid si  
pro alio moritur, ut non innocens ferretur?  
Est qui possit resistere tanto amori? Adhuc  
in arctiora amor procedit pro nobis immeri-  
to crucifixi: igitur quod pro omnibus fecit, si  
fuisse opus, pro unoquoque facere.

Galat. 20.

Fides  
probatur  
operibus.

Ver. 21.  
August.

19 Audiatur Paulus: *In fide vivo filij  
Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum  
pro me.* In fide eius qui Paulum dilexit, vi-  
vit. Quare non dicit in lege? Fidem sequun-  
tur opera, iuxta precepta; quoniam alias  
esset mortua; & intelligitur vivere iuxta legem,  
qui Iesu Christi proficitur fidem. O tempora!  
O mores! Christiani multi fide  
vocantur, & non sunt: igitur vivunt Chri-  
sti conculantem legem, quasi non haberent  
fidem. Ideo addit: *Non abieci gratiam  
Dei.* Id est, subdit Augustinus: *Non irritam  
facio:* quippe frustrat abieciendo fidem, qui-  
bus cognita fide proterit legem. Gratia  
fuit & summa, fide illuminare intellectio-  
nem, qua nos Deus in suum vocavit admi-  
rabile lumen: & gratiam ex abrupto abiecit,  
qui fidei operibus non respondet; quoniam  
haud facile creditur credere, quicumque su-  
der fidei operibus contradicere. Ipsa fides  
in opera insuit, ut homo contra se pug-  
net; quin in rationem dominium voluptati-  
concedat, sed si indultum, ab errore res-  
piciat. In peccatis nihilominus homo per-  
sistit, quin agnoscat quod cognoscit; &  
projicit summo discrimine gratiam, dum  
remit suscipere penitentiam: etenim si dum  
adhuc vacat, vacat, & se peccator, proie-  
cta gratia in sanam mentem non revocat;  
clausa obliolato pectori divina clementia  
ianua, non respondisse gratiae videbitur,  
quanta poena.

Non res-  
pondere  
gratia,  
est acius  
tormentum  
cordis.

Amor  
Christi  
peccato-  
rum quan-  
tu?

20 *In fide vivo (ait) filij Dei, qui di-  
lexit me:* etenim vel ipsi rationi grave, di-  
ligentem cognoscere, & diligentis fidei non  
respondere. Amor conciliat amorem: & est  
rationis cruciamem, cognoscere obsequium,  
& persolvere ut odium. *Dilexit me.* O cha-  
ritas divina! *Dilexit me,* quasi propria inter-  
fuerit, & non mea. *Dilexit,* & pro me in  
mortem crucis semetipsum tradidit; ut ex-  
hibito tanti operis altruere excellentiam  
charitatis. *Pro me semetipsum tradidit;* qua-  
si non me, sed illam oporteret. *Semetipsum  
pro me.* Quis ego? Quis ille? Ego infe-  
lix homo, venundatus sub peccato: ille  
habitabat in caelo. Ille offensus, ego ve-  
ro offendens illum. Quis legem det amanti,

bus? Cogitat amor quod lex sine lege sit;  
dum ille, qui tantus, tradidit semetipsum &  
pro me: siquidem ius erat, me peccatorem  
pro crimine crucifigi; & ille cruce pendit  
pro peccatore. Pro peccatore. O centrum  
gratiae! Pro me: in amore haud cogitabile  
plus: igitur in charitatis obsequium, tradidit  
semetipsum crucifigi, pro maximo peccato-  
rum. Par est, quod vivat Paulus, pro quem  
tantum vivit, Christo; dum Christus dili-  
gens tanta perpeffus pro Paulo.

Humilitas  
vultus  
& confusio  
ex gratia  
Christi.

21 Pro Paulo: Ita asserit: *Tradidit se-  
metipsum pro me.* Pro omnibus sane facta in  
cruce redemptio: quomodo tantum pro Pau-  
lo? An quia quae alijs collata, eius charitas  
na propria a biturata beneficia, ut gratitudi-  
ne pro hominibus, dum ille dilecto, dile-  
ctus non sit tantum illi, sed omnibus? Actio-  
nem Christi charitatem demonstrat, ubi  
quod commune cunctis, beneficium sibi arro-  
gat. Confectus Christus dilexit, & tradit in  
cruce semetipsum pro cunctis: Paulusque  
quasi solus esset ex hominibus tanto labore  
redemptus, asserit, quod pro se suspensus  
cruce Christus; quoniam ut Paulus salvare-  
tur, si oporteret, semetipsum dumtaxat pro  
Paulo traderet.

Passionis  
Christi  
pro se  
tantum  
debet con-  
giare  
quibus.

22 Innuit proximus Pashoni, augustum  
instituentis Sacramentum Eucharistiae. *Hic est  
(ait) sanguis meus novi testamenti, qui pro  
multis effundetur.* Apud Lucam ego legitur  
*Pro vobis.* Hoc singulare in vehementissimo  
amore, illud autem generi humano commu-  
ne. Quo igitur pacto adstringere conatur  
universali gratia, discipulorum singularia  
corda; ut sanguis pretiosior tradatur ly-  
trum pro illis, quando funditur pro multis?  
Exprimit Assertor, quid facit, & quid faceret  
pro salute hominis, in lenocinium charita-  
tis pectoris: sanguis & mors crucis captivi-  
tatis est pretium, atque Golgotha eximij  
amoris theatrum: unde *sanguis meus*, qui  
profunditur pro multis quasi inter illos non  
recenti, recentij pra illis) effundetur pro  
vobis; quippe tantum desiderium inest cor-  
di, pro hominis ingratisissimi salute; ut qui-  
quid pro libertate conditorum hominum, amor  
paratus sit tantum pro unoquoque vestrum.  
Hinc Legislator gloriosus Benedictus *Regul.  
Sancti.* cap. 4. inlr. 21. commendat: *Nihil  
amori Christi proponere:* iure quidem, dum  
se pro nobis poliposuit, ubi cruci semetip-  
sum tradidit; ut iam minime vivamus, nisi  
cui & per quem vivimus: igitur nos a morte  
liberaret, nostram mortem libe-  
tissimè suce-  
pit.

Marcus  
14. 24.  
Luc. 22.  
20.

Amor  
eius pro  
quolibet  
faceret,  
quod pro  
omnibus  
fecit.

Amor  
eximus  
sine  
causa.

S. Beny

Amorem  
eximus  
a-

DIDASCALIA IV.

Amor solus sibi sufficit.

Her-  
nard.

Amor  
non pati-  
tur ino-  
rari.

Senec.

Genes.  
22. 2.

Operatur  
per se.

Ioanni  
4. 7.

Amor exi-  
mus sine  
causa.

A Struit Mellissus Doctor. lib.  
3. de Amor. Dei cap. 2. Prae-  
ceps est, vehemens, flagrans, praeter se ni-  
hil cogitare sinit: fastidit cetera, contemnit  
omnia, confundit ordines, pervertit leges,  
usum dissimulat, modum ignorat: donat  
libertatem, pellit timorem, onus non fen-  
tit, meritum haud quaerit, praemia non vi-  
det; & tamen urget. Non irritatur, omnia  
fussert, omnia credit, omnia sustinet, sed  
summa charitas, dum alius intendit quae  
sua sunt; quia benigna, impatiens est. Ideo  
aliger pingitur Amor, quippe operi prom-  
tus, & non expectat operatorum manus.

Odit verus amor nec patitur moras,  
Munus dum properat cernere.

Ait Seneca in *Hercul. furent.* ad. 2. v. 587.  
In Abrahæ sacrificio intendebatur & amor,  
& eximij amoris demonstratio: ideo dicitur,  
filium in victimam pro fervos non tol-  
las, sed *Tolle tu;* ut oblatio per te amoris  
insigne sit: etenim in cordis demonstratio-  
nem, amor despicit rivalem. Nil habet ma-  
gnum, si quaerit ad demonstrationem foc-  
cium, quoniam ut substantialis, atque no-  
bilibis sit, quibuslibet debet magnitudine per se.

2 Quid de Amore per essentiam dicat,  
qui summum novit amorem, ut in eius su-  
avisimam decuram legem, volupè audia-  
mus. *Si enim non abiero, Paraclitus non ve-  
niet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad  
vos:* dixit discipulis, de absentia mellis, ce-  
lestis Magister, & ad ingressum passionis,  
Spiritus Sanctus non veniet, si in caelum fi-  
lius non abierit? Cur non veniet, ut linguis  
ignitis dicatur summi demonstratio amo-  
ris? Christus erat ratio Patris, Spiritus San-  
ctus amor essentialis utriusque. Si cum Chri-  
stus esset in hoc infimo mundo, veniet Spi-  
ritus Sanctus; esset iam ratio, sive causa po-  
tissima adventus: & in amore lucet dem-  
onstratio eximia, cum non datur ad amandum  
ulla causa. Unde nisi abierit ad aethera Chri-  
stus, nullo modo veniet de caelo Spiritus San-  
ctus: etenim cum Christus sit ratio, & in  
Spiritu Sancto summi amoris denotetur ex-  
pressio; Christo necdum ad caelos assum-  
pto, amor qui summus, non veniet: igitur  
iam esset causa, cur tunc in mundum veni-  
ret. Hispan. *Com en Christo se expressa  
la razon, no vendrà el amor, si ay razon  
para venir.* Ideo mittet de caelo, si in ce-

lum abierit: siquidem illo absente, ut in caele-  
stia tolleretur hominum corda; non micabar  
in mundo nec levis causa.

3 *Si non abiero Paraclitus non veniet.*  
Id est, *Ac si aperte diceretur* (subdit Gregorius  
Magnus lib. 2. Dialog. cap. 38.) *si corpus non  
subtraherem, quid sit amor Spiritus non os-  
tendo.* Non cuiuslibet amoris, sed summi, cum  
abiero, clarebit natura; quippe summus  
patet, dum subsistit in absentia. Me stante  
in mundo, cognoscetur amor, ceterum  
non amor summus, qui quidem est Spiritus  
Sanctus. Datur, praesente me, mei erga vos  
amoris demonstratio; verum quid fit amor  
Spiritus non ostendo. Amor Spiritus Sancti  
est summus amor, uti personalis notio, &  
proprietas characteristica. Ad huius ostentationem  
Christi est necessaria absentia? Uti-  
que. Amare dum causa est, amor est, sed limi-  
tatus: amare sine causa, est amor summus:  
& quid amor Spiritus non ostendo, si mun-  
dum non derelinquo: siquidem iam erit cau-  
sa, cur veniat; cum summus, ut sit summus,  
causam non habeat. Quid sit Divini Spiritus  
amor vobis ostendam; cum remotus à vo-  
bis, de caelo mittam: excellentiam constabit,  
dum ille, absente me, venerit: etenim cum  
propter absentiam meam, non habeat ut  
descendat ullam causam; quia causam non  
habet, profectò in hunc mundum veniet:  
igitur causa in summo amore potissima,  
quod ad eius adventum nulla sit causa. Ver-  
nacule, vivide: *Non aver en el mundo en que  
fundar la razon, serà la mayor razon, que  
tenga para venir.* Hæc est summa dilectio:  
verum Didascalice proposito.

4 *Si enim non abiero, Paraclitus non  
veniet.* Opponitur praesentia maiestatis?  
Nullo modo. Fit tantum in excellentiam  
amoris. Filius est Patris sapientia. Si veni-  
ret Spiritus Sanctus, dum sapientia in mun-  
do esset, sapientia amorem hominibus ex-  
plicaret: & non veniet, quandiu in hoc im-  
mundo; igitur amor non eget interprete.  
Per se sane palam fit, & operatur per se;  
cum ut exprimat pectoris flammam, ingenio  
proprio convertatur in linguas. In linguis  
apparet, ut operationem immediatam sibi  
vendicet: etenim vel summus non videretur  
amor indebito culmine, sine gratiarum cce-  
lestium immediata operatione.

5 Amoris utique stemma est operatio  
immediata, alias vocatur frigidus ignis, vel  
si totus exardescat flammis.

*Ignis Amor si sit, frigidus ignis amor.*  
Canit Orvenus lib. 1. Epigram. 26. Ignis  
fatuus est, quippe pectus exprimit fatuita-  
tem, ubi sine operatione proficitur dile-  
ctio.

Gregori-  
Magn.

Et in ab-  
sentia.

In sum-  
mo amo-  
re potis-  
sima cau-  
sa, nulla.

Amor  
per se ope-  
ratur.

Alter sã  
gidus ig-  
nis.

Orveny